

Sermo

Et videns ihesus fidem illorum dixit paralitico. Confide fili: remittuntur tibi oia peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset ihesus cogitationes eorum dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est facilius dicere. dimittuntur tibi omnia peccata tua. an dicere. surge et ambula. Et autem sciatis. quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata in terra. tunc ait paralitico. Surge. tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et surrexit. et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt et glorificaverunt deum qui dedit potestatem talium hominibus.

Dominica decimanona
Sermo centesimusquartus.

Ascendens ihesus in naviculam. trans fretavit et venit in civitatem suam. In officio presentis dominice agitur de tranquillitate pacis. unde in introitu missae clamat ecclesia. Da pacem sustinentibus te. et est sumptum de ecci. xxvi. **N**otandum quod triplex est pax scilicet ad deum. ad proximum. et ad seipsum. In hac triplici pace habundavit primus homo in statu innocentie. habuit enim pacem ad deum tam magnam quod quamcumque volebat extendere vires suos ad delectandum in ipso. habuit quoque pacem ad proximum. nulla enim discordie erat ma-

centesimusquartus

269

teria cum omnia essent communia. habuit etiam pacem ad seipsum. quod caro non concupiscebat aduersus spiritum. sed simul delectabatur in deum. sed postquam per superbiam factus est rebellis creatori. statim sibi caro subici reculsit. Inuenitque homo contrariam legem in membris suis. **D**einde varios detrahitur ad concupiscenda aliena. terminos iusticie aduersus proximum est transgressus. et ita ex omni parte factus est inquietus. **I**nde aduersarius varia bellorum genera in pacata odia in humano genere postularunt. **I**nter hec misericors et miserator dominus cogitabat cogitationes pacis. scilicet mittere filium suum verum salomonem. qui humanum genus reconciliaret. et ad pacis concordiam reuocaret. quod consilium reuelauit patribus et prophetis. **U**nde est illud **I**saie. xxvij. Pacem faciet mihi. unde prophete ceperunt pacem annuntiare ut est illud. Michae. v. Pax erit in terra nostra cum venerit. **2^a** **P**salmista. Orietur in diebus eius iusticia et habundancia pacis. sed cum promissus differretur nec exhiberetur cepit homo fatigatus quasi desperare. et in expectacione deficere. eo quod dicebat. pax et non erat pax. unde et patres coacti sunt ad deum clamare. **D**a pax domine sustinentibus te. **A**d quorum preces filius dei descendens seipsum pro nobis obtulit ut nos reconciliaret deo patri. quod in offertorio declarat ubi dicit. Sanctificauit altare dei. **D**einde pacem peccatori tribuit ut caro ipsius spiritui obediret. quod in curatione hominis paralitici